



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tribunal Poenitentiæ Sev Libri Dvo Prior De Poenitente Ut  
Reo Posterior De Confessario Ut Judice**

**Stoz, Matthäus**

**Anno M.DC.LXXXIX.**

§. 3. Quomodo imponenda?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37144**

## §. III.

## Quomodo imponenda?

III. In iis casibus, in quibus pænitentia imponenda est, potest eam Confessarius imponere per modum præcepti; & nisi aliud exprimat, semper censetur ita imponere, quia Judex est, & potestatem habet non tantum solvendi, sed etiam ligandi. Et verò Palao *I.c. §.3. n.11.* cum alii multis relatis à Dian. *p.3. tr.4. Ref.28.* & Dicast. *cit. Disp.14. n.49.* docet, quod Confessarius teneatur semper per modum præcepti pænitentiam injungere; alioquin eam non fore sacramentalem, nec habituram effectum ex opere operato; quia non procederet ex potestate clavium, sed ex libera voluntate pænitentis. Nihilominus tamen alii non pauci è contrario dicunt apud Dian. mox citandum licet posse à Confessario pænitentiam imponi etiam per modum Consilii tantum. Laym. *I.5. tr.6. cap.10. n.11.* quia pænitentia, quæhodie injungi solent, plerumque sunt tantum medicinales. Laym. *I.5. tr.7. cap.3. n.2.v.* Add. ergo cum Confessarius non sit tantum Judex, sed simul etiam Doctor, & Medicus, potest eas licet quandoque, non ut Judex præcipere, sed ut Medicus consulere. Quo casu opus præscriptum est quidem pænitenti liberum: quia tamen est à Confessario designatum, ideo si fiat, procedit adhuc à potestate clavium, estque adeo adhuc sacramentale, & agit ex opere operato. Dian. *p.3. tr.4. Ref.82. & p.4. tr.4. Ref.241. v. Nota tertio. & p.11. tr.7. Ref.3.* Unde Dicastillo *I.c. n.44.* recte concludit, utramque istam sententiam esse probabilem, ut proinde Confessarius potest pro pænitentia injungere universim quodlibet opus honestum, quia omne tale opus, cum aduersetur alicui bono, quod est delectabile, vel saltem utile ad delectabile, involvit semper aliquam difficultatem, & molestiam. Lug. *de pænit. Disp.24. n.41. & seq.* ergo hoc ipso semper est simul

*R. P. Stoß Trib. Pænit. Lib. II.*

Confessarius etiam posteriorem tutò sequi possit in praxi, quoties prudenter judicaverit expedire.

Licitum quoque est, ut Confessarius pænitentiam injungat, non absolute, sed conditionatè tantum, & quidem etiam totam. Gobat. *rr.7.n.755.* cum Suar. dicens v. g. 1. si veneris Oetingam, recita Rosarium. 2. si convalesceris, audi Missam. 3. si iterum blasphemaveris, jejunia; recteque Gobat ait, hunc postremum modum esse per quam salutarem. Cum autem pænitens tunc conditionem ultimam purificare nunquam; & secundam sèpe non possit; primam verò juxta Dicast. *I.c. n.43.* non teneatur, quia nihil adest, vi cuius obligetur; hoc ipso admitti jam debet, pænitentiam licet posse imponi absque præcepto. Ne tamen deinde ob conditionem non purificatam videatur Sacramentum Pænitentiae integrali sua parte mutilatum, ipsa voluntas acceptandi pænitentiam conditionatam, utpote meritoria, & satisfactoria, potest pro pænitentia haberri, ut indicat Dicast. *cit. Disp.14. n.14.*

## §. IV.

## Qualis possit imponi, seu quenam opera?

II. Confessarius potest pro pænitentia injungere universim quodlibet opus honestum, quia omne tale opus, cum aduersetur alicui bono, quod est delectabile, vel saltem utile ad delectabile, involvit semper aliquam difficultatem, & molestiam. Lug. *de pænit. Disp.24. n.41. & seq.* ergo hoc ipso semper est simul

I

etiam